

**D**ivulavit cor meum verbum  
bonum. Quia ego opera mea regi Lingua  
mea calamus scribe: velociter scribens  
Speciosus forma praefilijs hominum  
diffusa est gratia in labijs tuis: prop-  
terea benedixit te deus in aeternum  
Accingere gladio tuo super femur tuum  
potentissime. Specie tua & pulchre-  
tudine tua: intende prospere proce-  
de. & regna Propter veritatem & ma-  
nsuetudinem & iustitiam: & deducet  
te mirabiliter dextera tua Sagitta  
tua acuta: populi sub te cadent in  
corda inimicorum regis Sedes tua deus  
in seculum seculi: virga directionis  
virga regni tui. Dilexisti iustitiam  
& odisti iniquitatem propterea unxit  
te deus deus tuus oleo leticiae pro  
confortibus tuis Myrrha et gutta  
& cassia a vestimentis tuis a  
domibus abirneis: ex quibus  
delectaverunt te filiae regum in  
honore tuo Astitit regina &

2  
dextris tuis in vestitu deaurato circu-  
ndata varietate Audi filia & vide &  
inclina aurem tuam. & obliuiscere po-  
pulum tuum. & domum matris tui  
Et concupiscet rex decorem tuum: quo-  
niam ipse est dominus deus tuus. &  
adorabunt eum Et filia tyri vultum  
tuum in muneribus deprecabuntur  
omnes diuites plebis Omnis gloria  
eius filia regis ab intus in fimbri-  
is aureis: circumamicta varietatibus  
Adducentur regi virgines post eam:  
proxime eius offerentur tibi. Offe-  
rentur in letitia & exultatione  
adducentur in